



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.
Vsque Ad. Pavlvn. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**

Angelis, Paolo de

Roma, 1621

Cap. II. De origine Beneficiatorum S. Mariae Maioris Basilicae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13873

BASILICAE
S. MARIAE MAIORIS
DE VRBE
A LIBERIO PAPA
VSQVE AD
PAVLVM QVINTVM
PONTIFICEM MAXIMVM

DESCRIPTIO, AC DELINEATIO,
LIBER QVARTVS.

A V C T O R E

A B B A T E P A V L O
D E A N G E L I S.

DE BENEFICIATIS, CAPPELLANIS, CLER. &c.
CAPVT PRIMVM.



HACTENVS de S. Mariae Ma-
ioris Canonicis egimus: fe-
quitur, vt dicamus de Bene-
ficiatis eiusdem Ecclesiae. Vt
autē omnia probē succedāt,
est attendēdū, in Cathedralibus, & Collegia-
tis pręter Canonicos, etiā Clericos Beneficia-
tos esse, qui vnā cum Canonicis assistūt, quā-
quam nec in cōgregationibus, nec in nego-
cijs ad Canonicos spectantibus se admiscēt;
nec in publicis functionibus sedent simul cū
Canonicis, vel cū illis incedūt. Quod verō ad
reditus spectat, quibusdā in locis, tam Cathe-
drales, quā Collegiatę simul illos adunant;
cū hoc tamen discrimine, quod Beneficiatus
tantum vnā portionē, at Canonicus duas re-
cipit. in alijs locis fructus diuiduntur, velut in
hac Basilica, in qua etiam in redbus Cano-
nici à Beneficiatis segregantur. Est obseruan-
dū dictę Basilicę Beneficiatos, atq; adeo alia-
rum teneri ad residendum, velut si Canonicis
essent, sic in Conc. Trid. *Obtinētib; in Cathe-
dralibus, aut Collegiatis, dignitates, Canonicatus,
aut portiones, non liceat vigore cuiuslibet statuti,*

*aut cōsuetudinis ultra tres menses ab eisdem Ec-
clesijs quolibet anno abesse, saluis nihilominus ea-
rum Ecclesiarū constitutionibus, quę longius serui-
tij tempus requirunt. Et inferius: Omnes uerō di-
uina per se, & non per substitutos cōpellantur obi-
re officia; & Episcopo celebranti, aut alia Pontifi-
calia exercenti assistere, & inseruire, atq; in choro
ad psallendum instituto, hymnis, & canticis
Dei nomen reuerenter, distinctē, deuoteq; laudare.*

*Beneficiatos te-
neri ad residen-
dum.*

DE ORIGINE
BENEFICIATORVM

S. Mariae Maioris Basilicę.

Caput II.



IN hac Ecclesia plurimi
Cappellani aderant à di-
uersis Principibus, & alijs
hominibus constituti; quo-
rum pars non solū obliga-
ta erat in proprijs Sacellis
sacra facere, sed etiā in choro cum Canonicis
adesse. Alij verō tantum ea obligatione tene-
bantur, vt Missas celebrarent. Hi omnes cum

E ob age-

*Beneficiati, nec
in congregatio-
nibus, nec in ne-
gocijs ad Cano-
nicos spectanti-
bus se admiscēt.*

*Innocen. in cap.
fraterni, extra
de sepul.*

*Quod ad redi-
tus spectat, &c.
Apostill. in glos.
in c. licet extra
de presb. in curi.
dist. 10.*

*De off. & dign.
Cler. 16. Acor.
instit. mor. par.
2. lib. 3. cap. 10.
c. 11.*

*Innoc. in c. Cle-
ric. nu. 1. extra
de Cler. non re-
sul.*

*Cap. licet extra
de presb.
Cane. Trid. Sess.
24. capit. 12. de
reform.*

ob aegstatē ex choro exēpi essent, Alexādro VI. Pont. Max. sedente, Pius IV. Beneficiatos, & Clericos instituit. Quare S. Carolus Borromaeus Card. & Archipresb. cuius precibus Pontifex id praestiterat, cernens nō omnia illo decoro, & dignitate peragi, quā ipse ad Dei gloriā optabat, Pium IV. Patruū rogavit, ut omnes redditus Cappellanorū vniret, ex quibus pars altera stato Beneficiatorū numero, altera Clericis, & ijs, qui canerēt, tribueretur: ut choro affisterent, eodē prorsus modo, quo in S. Io. Laterano, & S. Petro in Vaticano cernitur. sic ex Bulla didicimus, quā ad veritatē, & declarationem notauimus: Pius Episc. seruus seruorū Dei. Ad perp. rei mem. Quaruilibet praesertim Cathedraliū insignium almae Vrbs, et personarum in illis diuinis laudibus insistentium commodum, & utilitatē intendens, nonnunquā beneficia in eis consistētia ad diuini cultus, & ministrorū Ecclesiasti. augmētum, ac Ecclesiarum earundē ampliorem decorem, & venustatem supprimit, & extinguit, et illorum loco alia erigit, & instituit, ac desuper disponit, & ordinat, prout cōpensatis circumstantijs in Domino cōspicit salubriter expedire. Cum itaq; sicut nobis plenē innotuit, licet alias sel. record. Alexander Papa VI. praedecessor noster attendens, quod nonnulli ex perpetuis Cappellanis in Eccl. S. Mariae maioris de dicta Vrbe prout tenebantur in dicta Ecclesia nō residebant, nec in illius choro deseruiebant; ac praemissis occurrere volens, inter alia statuerit, & ordinauerit, quod ex tunc de cetero perpetuis futuris tēporibus tertia pars omnium, & singulorū fructuum, reddituum, & prouentuum Cappellaniarum in dicta Eccl. per illius Cappellanos, imbi non residentes obtetarum, inter residentes, ac diuinis officijs interefferentes diuideretur, & illis assignaretur. Et post modum, quod tertia pars fructuum, reddituum, & prouentuum huiusmodi Cātoribus dictae Ecclesiae pro eorum sustentatione, & salario iuxta ipsius Ecclesiae consuetudinē daretur, & per eosdē Canonicos perciperetur, ac consuetudo huiusmodi perpetuō obseruaretur auctor. Apostol. decretum fuerit. Nihilominus tertia pars fructuum, quae eiusdem Cathedralibus integrē persoluta non fuerit, neq; persoluatur, & dicti Cappellani, prout debent, et tenentur eidem Eccl. deseruire, & apud illā residere, ac diuinis interesse nō curent, Et propterea dicta Eccl. non modicū detrimentum, & diuini cultus diminutionem patiat. Nos attendentes, quod si dictae Eccl. per Beneficiatos, & Clericos nuncupatos, ut Basilicae Principis Apost. & Eccl. S. Io. Lateran. de Vrbe deseruunt, deseruiretur, et in illa beneficia etiā Clericatus nuncupata, prout in Basil. et Eccl. S. Ioannis huiusmodi existunt, erigerentur, & instituerentur, profecto in Eccl. ipsa S. Mariae decē-

S. Carol. Borromaeus rogavit Pium Quartum ut redditis Cappellanorum vniret.

Bulla Pij IV.

Alexandri Sexti decretum de Cappellanijs huius Templi per Cappellanos nō residentes obtentis.

Institutio Beneficiatorum, & Clericorum, prout in Basilica, & Ecclesia S. Ioannis.

tius, & laudabilius deseruiretur, et diuinus cultus nec nō ministrorū numerus ad diuini nominis laudem, et gloriā augetur. Nos qui dudū inter alia volumus, quod semper in vnionibus commissio fieret ad partes vocatis quorū interesset, quiq; dicta Eccl. S. Mariae non minori deuotione, quā Basilicam, & Eccl. S. Ioannis huiusmodi prosequimur illius diuinus cultus augmento, ac decori, et venustati consulere volentes, motu proprio, nō ad alicuius nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra vera deliberatione, & Apost. potestatis plenitudine, Vnā de Capuccinis sub S. Laurentij, & S. Barbarae per sex, & aliam de Vaschis sub S. Hieronymi per tres, & alia Dōna sub SS. Angeli, & Petri ad Vincula per duos, ac alia sub S. Francisci etiā per tres perpetuos Cappellanos regi solitas, & alia de Rusticis sub eiusdē S. Hieron. ac alia del Presepio, ac alia Strigon. sub ipsius S. Hieron. nec non alia sub SS. Iacobi, et Sebast. & alia sub S. Nicolai, et alia sub Visitationis, & alia sub S. Lucia, & alia sub eiusdē S. Mariae, et S. Helene, et alia sub S. Andreae, et alia sub S. Saluatoris, et alia sub ipsius S. Mariae, aliās della Madōna, et alia sub eiusdē S. Angeli, et alia sub S. Matthei, et alia sub S. uel eiusdē B. Mariae della neuē nuncupata, et alia sub S. Annæ, et alia sub S. Ioan. decollati nuncupata, et alia sub ipsius Cōceptionis, nec non reliqua sub SS. Iacobi, et Sebast. inuocationibus perpetuas sine cura Cappellanijs in dicta Eccl. S. Mariae, per quoscunq; et quibusuis modis, et formis fundatas, et institutas, quorū omnium ueriores inuocationes, qualitates, denominationes, nec nō fructuum, reddituum, et prouentuum secundū communē estimationem ueros annuos valores, illarumq; fundatorū, & illas ad praesens obtinentium nomina, & cognomina, gradus, & qualitates etiam si eorum aliqui S. Rom. Eccles. Cardinales fuerint praesentibus haberi volumus pro expressis etiam si, & c. ac illarū loco in eadē Ecclesia S. Mariae ex de Capuccinis, & Vaschis nuncupatis tria, ac ex sub S. Francisci etiā tria, & ex sub SS. Iacobi, & Sebastiani vnū, et ex sub S. Nicolai etiā unum, & ex Dōna nuncupata duo, & ex sub Visitationis similiter vnū, & ex sub S. Lucia etiā vnū Beneficiata, & ex de Rusticis nuncupata vnū, & ex sub eiusdē S. Mariae, & S. Helene unum, & ex sub S. Andreae vnū, & ex sub S. Saluatoris vnū, & in sub ipsius B. Mariae, aliās della Madōna vnū, & ex del Presepio vnū, & ex Strigon. nuncupatis vnū, et ex sub S. Bernardini, et ex sub S. Mariae Magd. vnū, & ex sub S. Angeli, et ex sub S. Matthei vnū, et ex sub S. Mariae della neuē, et ex sub S. Annæ, et ex sub S. Ioan. decollati nuncupat. & ex sub Conceptionis vnū, & ex sub S. Iacobi, & ex sub S. Sebastiani inuocationibus Cappellanijs praedictis etiā vnū alia

Pius IV. Alexandri decretū reuocat, & suum corda.

Cleri-

Clericatus nuncupanda perpetua simplicia beneficia Ecclesiastica pro totide Clericis in ea perpetuis beneficiatis, Clericis nuncupandis, ac in eadē Ecclesia S. Marie ultra illius mensam capitularem unā Missam omnium, & singulorū fructuum, & c. pro distributionibus Beneficiorū in Ecclesia S. Marie huiusmodi auctoritate, & tenore predictis erigimus, & instituimus, ac illa pro dote, ac sustentatione, ac distributionibus quotidianis huiusmodi omnia, & singula fructus, redditus, & c. Cappellaniarum huiusmodi, ac alia earum, res, & bona etiā immobilia applicamus, & appropiamus, & c. Quodq; collatio, & prouisio, et quouis alia dispositio beneficiorū huiusmodi pro duabus tertijs, & pro alia partibus ad eodē Capitulū spectent, & pertineat. Ita quod ille pro duabus per Archipresbyterū, & pro alia hebdomadis per Capitulū predictis fieri debeant. Hac verō omnimoda iurisdicctio, & superioritas in spiritualibus, & temporalibus in Beneficiatos etiā Clericos nuncupatos eiusdē Ecclesie S. Marie pro tempore existentes, ac illorum correctio, & visitatio ad Archipresbyterum, & Capitulum prefatos, prout Beneficiatorum, & Clericorum nuncupatorum in dicta Basilica cōmotio, & visitatio, ac iurisdicctio, & superioritas in eos ad illius Archipresbyterum pro tempore existentem, & dilectos filios Capitulū pertinent, pertineant auctoritate, & tenore predictis etiā perpetuū statuimus, & ordinamus, & Archipresbytero pro tempore existenti, ac Capitulo Ecclesie S. Marie, huiusmodi ad instar Archipresbyteri, & Capituli Basilice S. Petri huiusmodi super premissis omnibus, & singulis, nec non circa diuinorum celebrationē, & aliorum administrationem in eadē Ecclesia, ac qualitatē Beneficiorum etiā Clericalium nuncupatorū, & officialiū predictorum illorum personas, nec non distributiones fructuum, & distributionū quotidianarum, nec non dictorum Officialium, & aliorum Ministrorum salaria, & emolumenta, ac alia Beneficiatos, & Clericos nuncupatur huiusmodi cōuenientia quacūq; statuta, & ordinationes licitas, & honestas condendi, & promulgandi, ac prout qualitas temporum exegerit, & expediens visum fuerit reformandi, & innouandi, eaq; de nouo faciendi plenā, & liberā facultatē cōcedimus. Nec nō quascūq; collationes, prouisiones, uniones, & alias dispositiones de beneficijs de nouo erectis, huiusmodi pro tempore vacantibus etiā per nos, aut Rom. Pont. pro tempore existentem, aut sedē prefatam, etiam cum presentes renouari, suspendi, annullari, aut de surreptionis, vel obreptionis vitio in toto, vel in parte notari non posse, neq; debere, sed validas, & efficaces existere, suosq; effectus sortiri etiam absq; patronorū, & Cappellanorum ipsas Cappellanas nunc, & pro tempore obtinentium consensu

A etiam si ipsi patroni, & Cappellani iam premissis contradixerint, vel in futurum contradicant, ac premissa, quoquomodo impugnaverint, seu in futurum impugnent, aut aliquam litem mouerint, vel in futurū moueant, & c. sublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & desiniri debere. Quocirca Venerab. Fratribus nostris Muran. & Amerin. ac Felren. Episcopis, per Apostolica scripta motu simili madamus, quatenus ipsi, uel duo, aut unus eorum per se, uel aliū, seu alios presentes literas, ac in eis contenta huiusmodi, ubi & quādo opus fuerit, ac quoties pro parte Archipresbyteri, & Capituli predictorum, & aliorum, quos ipse presentes littere concernunt, & concernent in futurum solemniter publicantes, & c. faciāt auctoritate nostra litteras, & in eis contenta huiusmodi firmiter obseruari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā nostrā erectionis, institutionis, applicationis, appropriationis, decretorum concessionis, . . . cassationis, irritationis, euacuationis, declarationis, mandati, suspensionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorū Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datū Romę apud S. Petrū, anno Incarn. Dom. 1561. 12. Kal. Ianuarij, Pont. nostri anno 2. Plura de Beneficiatis, & Clericis non trademus, ab illorū nominibus abstinentes, cum pars Capituli nō existant.

DE CAPPELLANIS, ET EORVM MVNERE.

Caput III.

DOSTEAQVAM ostēdimus quid sit Beneficiatus, illud consequitur, vt breuiter dicamus, quid sit Cappellanus, nonnihil de munere attingentes. Igitur est intelligendum plura esse Cappellaniarum genera, cum in Cathedralibus, tum in Collegiatis, Oratorijs, & id genus alijs. Nam quidam non solum Missam celebrare, sed etiā statutis diebus residere debent. Alij tantum statutis temporibus ad rē sacrā celebrandam incubere debent. Alij aliter. De qua re vide Azoriū, qui tali pacto loquitur: *Querat aliquis quid ministerij, & officij obeat Cappellanus? Respondeo: Cappellanos in Ecclesijs, in quibus sunt instituti, sacra facere, aut faciēda curare certis hebdomada diebus, aut etiam singulis quibusque vt Cappelle institutio postulat, aut ipsa consuetudo requirit. Huius Basilicę Cappellani olim fuerunt, vt diximus, extincti; postea an. 1587.*

E 2 Sixtus

Ar. in 9. mar. par. 2. lib. 3. c. 8. q. 5. lit. E. Gloss. in c. concedimus, de consecrat. dist. 1. capellani. Gloss. in Clem. 2. de decim. Gloss. in Cl. m. in agro de statu Monach.

Applicatio fructuum, & reddituum Cappellaniarum, ac aliarum rerum, & bonorum etiam immobilium ipsius Beneficiatis, & Clericis.